

Physicorum

Folio cxi

110

Mutatio autem non est neque una infinita. Dis-
em erat ex quodam in quoddam. et quod est in contradic-
tione et in contrariis. Quare eorum que sunt secundum contra-
dictorem affirmatio et negatio terminus est. ut ge-
nerationis quod est esse. corruptionis autem non esse. Lo-
cum autem que sunt in contrariis contraria. hec enim vlti-
ma sunt mutationis. quare et alterationis omnis. Ex
contrariis enim quibusdam est alteratio. similiter autem au-
gmenti et decrementi. Augmenti quod est terminus
est. qui est secundum propriam naturam perfecte magnitudi-
nis. decrementi autem que est ab hac remotio. Lo-
cus autem mutationis sic quod non erit mutatio. non enim
omnis in contrariis est. sed quantum. quod impossibile de-
cisum esse. eo quod non contingit decisum esse. Mul-
tipliciter enim dicitur impossibile. non enim contingit sic im-
possibile decidi. neque omnino impossibile factum esse.
fieri. neque mutari. impossibile contingit utique mu-
tari. in quod impossibile est mutari. Si ergo quod
fertur mutat in aliquid. et possibile est mutari. que-
re non infinitus motus. neque fertur infinito. Im-
possibile est enim transire ipsum. Quod igitur sic
non sit infinita mutatio. ut non finiatur terminus
manifestum est

Postquam philosophus ostendit quod impartibile non moueat. hic
tercio et finaliter intendit ostendere quod nulla mutatio sit in-
finita. quod est contra. Et actum qui posuit omnia moueri
semper. Et circa hoc duo facit. primo ostendit quod nulla mu-
tatio sit infinita secundum propriam speciem. Secundo ostendit quod
possit esse infinita tempore. ibi. Sed si sic contingit. Primo ergo
ostendit philosophus quod mutatio non est infinita secundum speciem. loquen-
do de aliis mutationibus preter motum localem. Et hoc sic. p-
bat. omnes motus preter motum localem sunt inter certos
terminos. vel contrarie oppositos. sicut generatio et
corruptio. vel contrarie oppositos. sicut augmentatio et di-
minutio et alteratio. Tunc arguit sic. nulla mutatio habet
positos terminos est infinita. quia terminus repugnat infini-
tudo. sed omnis mutatio sicut dicitur habet terminos prefi-
tos. ergo nulla mutatio est infinita. Et quod ista ratio solam
videt discernere alios motus a motu locali. quia non omnis mo-
tus localis est inter duo contraria. sed solum motus
qui est corporum naturalium. scilicet grauium et leuium. alij autem mo-
tus non sunt inter determinatos terminos. sed determinat
nantur ab aliquo agente secundum voluntatem. aut secundum appeti-
tum sensitiuum. sicut patet in hominibus et aliis animalibus. ergo
Aristoteles. ibi. Loca autem mutatio. singulariter probat quod nul-
la loci mutatio sit infinita. Et hoc tali ratione. quod est impos-
sibile factum esse est impossibile fieri. sed impossibile est
factum esse quod motus localis sit infinitus. ergo impossi-

le est motum localem fieri infinitum. Dicitur patet. quia fieri fit pro-
pter factum esse. et ideo hoc fieri est frustra ad quod non sequitur
factum esse. sed in rebus nihil fit frustra. Dicitur patet. quia infini-
tum non potest pertransiri. Et ita vltimè patet quod nulla mu-
tatio sit sic esse infinita ut non terminet certis terminis a quibus
habet speciem

Sed si sic contingit. ut et tempore sit infinitus
idem existens et vnus considerandum est. Non vnus
quidem enim factus nihil fortassis prohibet. ut si post
loci mutationem alteratio sit. et post alterationem
augmentum et iterum generatio. Sic enim sem-
per quidem erit tempore motus. sed non vnus
propter id quod non est vnus ex omnibus. ut autem fiat vnus
non contingit infinitum esse tempore preter vnus. Dic au-
tem est vnus. scilicet circulatio.

Nic philosophus ostendit quomodo motus possit esse infinitus tempore.
Et dicit quod considerandum est verum contingat motum sic esse
infinitum tempore ut semper maneat vnus et idem numero. quia forte
nihil prohibet quod motus duret per infinitum tempus non existeret
re vno ipso motu. sed de hoc postea inquirat. Et pos-
nit exemplum. sicut si dicamus quod post loci mutationem sit al-
teratio. et post alterationem augmentum. et post augmentum
iterum generatio. et sic in infinitum. sic enim semper post motum
durare tempore infinito sed non esset vnus secundum numerum. quia ex hu-
iusmodi motibus non fit vnus numero. ut in quanto ostendit. Et
quod motus duret tempore infinito ita quod semper maneat vnus num-
mero. hoc non contingit in vna specie motus. quia motus circ-
cularis potest durare vnus et continuus tempore infinito ut in octo
tauo ostenditur.

¶ Finitur sextus physicorum

Mne autem quod

mouet necesse est ab aliquo
moueri. Si quidem igitur
in ipso non habet prin-
cipium motus. manife-
stum quod ab altero mouet. ali-
ud enim erit mouens. Si
autem in seipso accipiat a b. quod moueat secundum se. sed
non eo quod eorum quibusmodi aliquid mouet. Primum
quidem igitur opinari a b. a seipso moueri. propter b
quod totum mouet. et a nullo exteriorum simile est. Si
autem si quis ipso d e mouente id quod e. et ipso
y u